

set, si impedimentum exurgeret ex copula illicita, ut est affinitas orta ex eo quia sponsa secreto fornicata fuit cum fratre sui sponsi; et differendo conjugium gravis suspicio daretur de crimine, et inde diffamatio, rixæ, scandala. Notant tamen merito cum Pignatelli, quantocius saltem pro majori securitate et etiam pro reverentia erga Ecclesiæ leges, recurendum esse ad S. Pœnitentiariam, ut obtineatur dispensatio, vel potius declaratio, qua talis agendi ratio probetur. Diximus 1.º *Si impedimentum sit occultum*; si enim publicum sit, nihil, nihil potest parochus. Non dispensare, quia nulla pollet jurisdictione in foro externo; neque declarare impedimentum non habere locum, quia cum agatur de re nota, nullum adest scandalum si conjugium non contrahatur, imo potius scandalum adesset contrahendo. Cetera autem incommoda etiam prolis hic et nunc legitimandæ (quæ postea legitimari valet) non sunt attendenda in lege adeo gravissima actum irritante, ac lata ob publicum bonum. 2.º *Si impedimentum exurgat ex culpa*; aliter enim dicendum, si impedimentum sit a causa honesta ortum, ut si quis velit ducere consanguineam. Tunc nulla infamia, si impedimentum manifestetur.»

No me creo competente para decidir esta cuestión; pero puesto en un caso de urgentísima necesidad, cual supone San Ligorio, me parece que no faltaría el párroco ó confesor que se conformase con la opinión de Roncaglia; porque suponiendo que ésta no es improbable, como dicen San Ligorio y Scavini, bien se puede usar de ella en circunstancias tan apuradas. El Santo Doctor (lib. 6, número IIII6) da la razón de la licitud de este modo de obrar, y responde á las dificultades contrarias; «quia eo casu ratione necessitatis etiam cum periculo frustrationis Sacramenti licitum est sequi opinionem tantum pro-

babilem, ut communiter docent Sanchez, Tournely, Innoc... et communi. Immo (ut dicunt Sanchez, Viva, etc.) in casu extremæ vel urgentis necessitatis licitum est uti opinione etiam tenuiter probabili; quia id quod esset indecens erga Sacramentum, non est indecens quando necessitas et bonum animæ urget. Bene tamen advertit Sanchez, quod tale scandalum, cum impedimentum est ex parte viri, *ordinarie non potest timeri.*»

\* Como en el artículo siguiente se trata de la impetración de la dispensa, creemos conveniente insertar aquí la carta-circular de la Nunciatura apostólica de Madrid á los señores Obispos de España, que trata de cómo se han de redactar las preces, y de la tasa que en la Nunciatura se ha de llevar por las dispensas.

«CARTA-CIRCULAR DE LA NUNCIATURA APOSTÓLICA DE MADRID

«Excmo. Sr. Arzobispo-Obispo de Madrid.

«Muy señor mío, venerado Hermano y de mi más distinguida consideración: Tengo el honor de, dirigirme á V. E. para hacerle presente que la Sagrada Congregación de la Dataría Apostólica ha dispuesto que las preces y atestados de las dispensas que se pidan á Roma vayan, de aquí en adelante, redactadas en latín; y en conformidad á esta disposición, también se servirán los Ordinarios mandar redactar en el mismo idioma latino las que en lo sucesivo dirijan á esta Nunciatura. Al mismo tiempo, para evitar dudas, he creído conveniente indicar á V. E. la tasa que en esta Nunciatura se acostumbra á llevar por las referidas dispensas de grados inferiores, que es la siguiente: por la de tercero con cuarto, sin causa, 225 pesetas y 10 para los gastos de secretaría; con causa, 90 pesetas y 10 de secretaría. Por la de cuarto duplicado, sin causa, 200 pesetas

y 10 de secretaría; con causa, 85 pesetas y 10 de secretaría. Por la de cuarto sencillo, sin causa, 80 pesetas y 10 de secretaría; con causa, 50 pesetas y 10 de secretaría. Con respecto á los pobres, aunque estamos animados del más vivo deseo de facilitarles la concesión de las dispensas como en Roma, sin embargo, en atención á las críticas circunstancias y precaria situación en que se encuentra la Santa Sede, esperamos del celo de los Prelados que consigan de los interesados la oferta de la mayor cantidad que puedan dar, atendiendo en cada caso á los recursos con que cuentan; y si nada pudieren pagar en alguna ocasión, se servirán expresarlo los Ordinarios en su informe. Por último, para la mejor expedición de estas gracias, debo decir á V. E. que pueden desde luego remitir los Prelados las preces de oficio á esta Nunciatura; pero para recoger los Rescriptos conviene que designen una persona de su confianza, en esta Corte, quien se entenderá con la oficina respectiva.

«Aprovecha la ocasión de repetirse con el mayor aprecio de V. E. siempre atento, seguro servidor y afectísimo Hermano q. b. s. m.—† J., ARZOBISPO DE CATANIA, Nuncio Apostólico.» (*Boletín eclesiástico de Madrid-Alcalá, 2 de Agosto de 1897.*) \*

ARTÍCULO II

*De la impetración de la dispensa.*

**3085.** Acerca del modo de impetrar las dispensas de los impedimentos del matrimonio, me parece conveniente transcribir las palabras de Scavini, que compendian con claridad y exactitud lo más necesario que puede decirse sobre esta materia, y son un extracto de lo que dicen todos los autores, tratando del modo de alcanzar la dispensa. Dice así:

«Quoad dispensationes, quæ de jure ordinario conceduntur ab Epis-

copo, satis est ut impedimentum cum suis circumstantiis clare exponatur, et causa supplicationis in veritate aperiat; ne dispensatio nullitatis defectu laboret. Quoad dispensationes vero, quæ a Romano Pontifice obtinentur, sciendum est, quod ad hoc duplex Romæ tribunal erectum est, nempe, *Dataria Apostolica et Sacra Pœnitentiaria*. A Dataria petuntur dispensationes *pro foro externo tantum*, et pro impedimentis publicis, vel quæ *publica fieri prævidentur*. A Sacra Pœnitentiaria autem pro ipso *foro interno* seu pœnitentiæ, et pro impedimentis occultis (1). In Dataria solvenda est taxa pecuniaria major vel minor juxta gradus parentelæ ac personarum divitias ac qualitates: quæ quidem multæ juste ab Ecclesia salubriterque constitutæ sunt, ut habet Pius VII, «ad resarciendum aliqua ratione vulnus quod ex dispensationum matrimonialium concessione ecclesiasticæ disciplinæ infligitur, et ad matrimonia inter personas consanguinitatis vel affinitatis vinculo invicem conjunctas rariora ac difficiliora reddenda (2).» At nulla sol-

(1) Cretoni, en la edición de Gury de 1875, tomo 2, núm. 875, pone la siguiente nota, tomada de Ballerini: «Recte autem in Rom. edit. ann. 1866 clar. Ballerini sic adnotavit: «In præsens tamen conceditur, ut adeatur Pœnitentiaria etiam pro impedimentis notoriis, quando dispensatio *in forma pauperum* postulatur;» pero aquí añade Scavini: «Et tunc tenuis solvitur taxa ad Datariam transmittenda; sed facto verbo Pontifici» (Compendio de 1877, tomo 2, núm. 1008) Hoy todas las dispensas de impedimentos públicos que proceden de España y Portugal, *in forma pauperum*, las despacha la Dataría. (Véase el núm. 3119.)

(2) En el tomo 2 del Compendio de Scavini, adicionado por Del Vecchio, al núm. 1008, hablando de la tasa pecuniaria que se ha de pagar, se lee lo siguiente: «In praxi exponendus est status fortunæ (nisi agatur de personis quarum miserabilitas nota est). Ambo sponsi actu pauperes sint oportet; neque obstat si divites habeant parentes, si omnino recussant illis succurrere.»

vitur taxa in Pœnitentiaria, et juramentum præstant varii illius administrari se nihil etiam sponte donatum accepturos.

»Dataria dispensat nomine Pontificis in impedimentis juris ecclesiastici publicis, sive impediens, sive dirimentibus, facilius vel difficilius juxta personarum conditionem et graduum propinquitatem. Pœnitentiaria vero jure ordinario dispensat in impedimentis prohibentibus occultis; in dirimentibus vero occultis impedimentis quoad matrimonia contrahenda dispensat: 1.º Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita. 2.º Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data, sed neutro machinante commisso (raro si delictum evenerit utroque vel altero machinante).

»In contractis vero dispensat: 1.º In secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita, si oratores publice contraxerint, et per decennium maritaliter vivere legitime reputantur. 2.º In tertio et quarto gradibus occultis, et etiam publicis si matrimonium sit nullum ex causa subreptionis vel obreptionis litterarum Apostolicarum; excipe si falsitas consistat in narratione præcedentis copulæ, quæ revera non intercesse rat. 3.º Convalidat dispensationes obtentas etiam a Dataria ob reticentiam copulam, vel narratam, sed tacendo intentionem qua illa habita fuit ad faciliorem dispensationem, si tamen copula adhuc sit secreta. (Ex bulla *Pastor bonus*; vid. Liguori, *Op. Moral.*, lib. 6, núm. 1144.) Ceterum Pœnitentiaria «si ad eandem fiat recursus, quoad alios casus occultos, solet petere a Pontifice facultatem dispensandi.» \* (Véase el núm. 3099.)\*

»Hæc veniunt notanda:

»1.º Dataria ac Pœnitentiaria hodie dispensationem non solent concedere in forma gratiosa, sed in forma commissoria; id est, actu non dispensant, sed committunt, seu alium de-

legant ut dispensent, si exposita vera sint.

»2.º Si agitur de dispensando (urgente gravissima causa) super secundo admixto cum primo, aut secundo consanguinitatis gradu, vel super primo aut secundo attingente primum, aut secundo tantum affinitatis gradu cum iis qui secum invicem incestum patrarunt, præter taxam solitam alia imponitur eroganda ad pias causas, quæ componenda dici solet (aliquando etiam taxa componenda dicitur, quia componitur et proportionatur ad varias personarum et impedimentorum circumstantias). Si ambo oratores pauperes et miserabiles sint, remitti solet componenda, et ex parte ipsa taxa, ne mulier diffamata et inupta maneat; sed injunctis gravibus et specialibus pœnitentiis pro tanto crimine et scandalo. En dispensatio in forma vere pauperum. Ceteræ autem quæ obtinentur dispensationes etiam a pauperibus (pro quibus remittitur de taxa) dicuntur in forma ordinaria.

»3.º In præsens aliquando conceditur ut adeatur Pœnitentiaria etiam pro impedimentis notoriis, et pro foro externo, si agatur de causa gravi, ac de vere pauperibus; et tunc tenuis solvitur taxa ad Datariam transmittenda; sed facto verbo Pontifici. Videlicet in impedimento tertii et quarti gradus consanguinitatis et affinitatis ex copula illicita solvuntur tria; in impedimentis secundi gradus, vel secundi-tertii quinque vel sex; in impedimentis primi gradus et primi-secundi sex, aut septem, vel etiam octo romana scuta (1). Imo in aliquo casu extraordinario absolutæ miserabilitatis gratis dispensatio conceditur, *fidem semper faciente Episcopo cum discretione*; siquidem omnes noscunt quot oneribus S. Sedes pro totius christianitatis bono continue subjiciatur.

(1) Un escudo romano es un peso fuerte español, ó sean 20 reales de vellón.

(Véase *Acta ex iis decerpta quæ apud S. Sedem geruntur*, tomo 1, pág. 382. *At Episcopi, missionarii alique delegati a S. Sede ad dispensandum, nihil pro taxa vel componenda recipere possunt* ex Benedicto XIV, bulla *Cum venerabilis*, 19 Jan. 1757.) (Véase el núm. 3119.)

»4.º Si sponsi sint diversæ dicecesis, an ab utroque Episcopo sit obtinenda dispensatio, si uterque ex indulto speciali dispensandi facultatem habeant, affirmant aliqui; quia Episcopus unus jurisdictionem non habet in subditum alterius. Sed alii probabilius negant; quia Papa delegando Episcopum jus suum totum ipsi tribuit. Adde: cum Episcopus aufert a suo subdito impedimentum, habilem eum reddit ad contrahendum cum altero impedito; sunt enim relativa, quorum unum sine altero esse non potest. Hac de re audiatur Bouvier: «Ex pluribus S. Pœnitentiariæ decisionibus nuper obtentis, Episcopus non ordinaria, sed facultate a S. Sede absque ulla conditione sibi concessa, cum suis dicecesanis super aliquo impedimento canonico dispensans, facta mentione delegationis apostolicæ, valide dispensat, etiam in casu in quo una pars est alterius dicecesis, quia ea facultas procedit a Papa, et sublato ex una parte, altera pars fit libera.» Ita etiam Carrière.»

San Ligorio (lib. 6, núm. 1142) dice que algunos autores niegan que baste la dispensa de uno solo de los Obispos, «sed negant probabiliter ipse Tournely cum episcopo Tutelensi. Ratio quia, cum Episcopus aufert a suo subdito impedimentum, habilem eum reddit ad contrahendum cum altero impedito; sicut si quis haberet facultatem dispensandi in aliquo gradu, dispensando cum suo subdito, dispensaret etiam cum extraneo, unde hic extraneus bene poterit tunc contrahere coram paroco alterius, cum quo dispensavit Episcopus.» Se confirma la opinión de San Ligorio con

la siguiente resolución del Santo Oficio, de 22 de Noviembre de 1865, en la que, preguntando un Obispo si podría ir á otra diócesis á celebrar matrimonio de un súbdito suyo para casarle con una parienta, súbdita de otro Obispo, en virtud de que él tenía indulto especial para dispensar el impedimento del súbdito, sin hacer mención de los impedimentos ni de la dispensa del Ordinario de la no súbdita, se le respondió: «Affirmative, nisi obstet tenor apostolicæ concessionis, impetrata tamen venia pro celebratione matrimonii ab Episcopo loci;» pero el Metropolitano no puede dispensar los impedimentos de los súbditos de los sufragáneos, porque esto no pertenece á la jurisdicción contenciosa.

Continúa Scavini:

»5.º Dispensatio, quæ impertita est a Pœnitentiaria, non extinguitur superveniente morte Pontificis, etsi res adhuc sit integra, id est, si delegatus nondum incepit aliquem actum exercere suæ delegationis; nam auctoritas Majoris Pœnitentiariæ, ut notat Marcus Leo, non expirat per obitum Papæ. Imo verius neque expirat delegatio tributa a Dataria; executori enim hic non conceditur simpliciter facultas dispensandi, uti fieri solet in aliis delegationibus, sed ei mandatur et præcipitur ut dispenset: et gratia jam censetur facta relate ad Pontificem; et ideo dispensandus adquisivit jus ad rem: Sanchez, Dejustis, Giovine.»

3086. Lo que dice Scavini en el núm. 4, de que cuando alguno dispensa de un impedimento dirimente del matrimonio por indulto especial del Papa, debe expresar en la ejecución de la dispensa lo que dice el mismo Scavini, á saber: *facta mentione delegationis apostolicæ*, esto es tan necesario, que en Gury, anotado por Cretoni (edición de Roma de 1875, tomo 2, núm. 880) se lee la siguiente pregunta: «*Quæritur*: Quomodo ab Episcopis dispensatio obtinenda sit,

quando ex indulto dispensare possunt? Y responde: «Eadem regulæ, quæ in Curia romana habentur ut necessariæ, necessario etiam servandæ sunt; quia intendit S. Pontifex, ut alio modo Episcopi concessione apostolica uti non valeant.» Y pone á continuación la siguiente nota: «*Sub pœna nullitatis*, Episcopus virtute indulti apostolici dispensans *exprimere debet*, se dispensare tamquam S. Sedis delegatum ex indulto delegationis concesso tali die et anno et tot mensibus aut annis valituro; quia indulta illud vulgo præscribunt, et illud tunc præscribi sub pœna nullitatis asserit Benedictus XIV in constitutione *Ad tuas manus*, 2 Augusti 1748.»\* (Véase el núm. 3131.)\*

\* Cuando dispensa el señor Obispo ó el Delegado, en virtud del privilegio ó indulto apostólico, debe observar necesariamente las mismas reglas que se creen precisas en la Curia romana (Sagrada Penitenciaría, 1.º de Mayo de 1858), y se han de guardar en todo las mismas cláusulas; v. gr., la adnotación del indulto, pero no bajo pena de nulidad, á no ser que así lo exprese claramente el indulto. (Santo Oficio, 15 de Junio de 1875.) (Véase Marc, tomo 2, núm. 2047, en las notas 1 y 2.)\*

**3087.** En cuanto al modo de solicitar la dispensa, he aquí lo que dice Scavini en el Compendio de su Teología Moral, tomo 2, núm. 1008, que aunque comunmente se encuentra en otros autores, aquí se halla compendiado con claridad. Dice así: «Recursum ad Sacram Pœnitentiariam exhibetur Emi. Cardinali Pœnitentiario Majori. Exprimendo latino idioma te (1) objectum dispensationis, taceri debent vera nomina, cognomina, patria, diœcesis et similia, quæ ad per-

(1) Conviene ponerlo en latín; pero en la Sagrada Penitenciaría responden aunque se pongan las preces en castellano, francés, etc.

sonas dispensandas pertinent, si res sit de occultis impedimentis; sed nomina finguntur, v. gr., *Titius, Berta*. Additur ultimo tum nomen ac cognomen verum personæ ad quam rescriptum dirigendum est, tum nomen loci, in quo ipsa moratur: et hæc ad errorem vitandum exarantur idiomate vulgari. Quilibet per epistolam recurrere potest sive parochus, sive confessarius: imo vel ipse qui dispensationem desiderat. Sed præstat, ut utatur opera experti, vel melius curiæ episcopalis, ut vitetur omnis error.

«Quando recurritur ad Datariam epistola supplex foris ad Cardinalem Prodatarium, intus dirigitur ad ipsum Pontificem, et nomina, vel cognomina non finguntur, sed scribuntur vera; et indicandum etiam si oratores sint diversæ diœcesis, quia solet rescriptum dirigi ad Ordinarium sponsæ.

«Quamvis quilibet per procuratorem Romæ existentem possit recurrere; ad omne tamen erroris periculum declinandum, tutius est ut res committatur officialibus curiæ episcopalis, ut passim fit. Ideo parochus, parentelæ arbore confectus, remittat sponso ad vicarium foraneum, cujus sunt partes in statu oratorum indagando, in testium depositiones exquirendo, etc.» (S. Alphons., lib. 6, num. 1131, 1144, etc.)

**3088.** Me había ocurrido transcribir literalmente lo principal que contiene la bula *Pastor bonus*, que Benedicto XIV promulgó en 13 de Abril de 1744, en que explica minuciosamente las facultades que concede á la Sagrada Penitenciaría, y se halla en el tomo 1 de su *Bulario*, pág. 319; pero como es muy extensa, por no alargarme demasiado, voy á transcribir tan sólo el extracto que hace de ella el Doctor San Ligorio en el tomo 2 de su *Homo apostolicus*, tractatus XIX, num. 148, á fin de que los párrocos y confesores tengan una norma para saber cuándo pueden acu-

dir á la Sagrada Penitenciaría; si bien á los que tengan proporción les aconsejaría que lean toda la bula *Pastor bonus* de Benedicto XIV. He aquí lo que dice el Doctor San Ligorio:

«DE FACULTATIBUS S. PœNITENTIARÆ

«Non parum conferre judicavi hic adnotare principales facultates Sacræ Pœnitentiariæ, ad hoc ut confessarium non fugiat pro quibus casibus possit ad illam recurri. Benedictus XIV, 13 April. 1744, per bullam quæ incipit *Pastor bonus* (quæ est 95 in suo *Bulario*, tom. 1) confirmavit plures facultates ad aliis Pontificibus concessas, et alias ipse adjecit Sacræ Pœnitentiariæ. Itaque in præfata bulla habetur posse Sacram Pœnitentiariam:

«1.º Absolvere a quibuscumque casibus et censuris, etiam bullæ Cœnæ (1), *regulares pro utroque foro*; seculares vero tam ecclesiasticos quam laicos, etiam in utroque foro a censuris publicis latis a jure; et etiam ab homine, si expirata sit jurisdictio judicis, vel si later censuras illas reservavit Sedi Apostolicæ modo judici et parti satisfecerint. Quod si pars injuste refutet satisfactionem oblatam, potest Pœnitentiarius convenientem satisfactionem arbitrari.

«2.º Posse absolvere hæreticos occultos, modo nullos actus extrinsecos fecerint, ex quibus potuerint alii dignoscere eos ut hæreticos; item publicos hæreticos, casu quo non est opus complices denunciare. Posse etiam absolvere principes, administratores rerum publicarum, et Episcopos ac alios Prælatos a casibus publicis bullæ Cœnæ.

«3.º Posse dispensare in occultis irregularitatibus et inhabilitatibus,

(1) Esta bula hoy no existe: hay que atenderse á la constitución *Apostolicæ Sedis*, de Pío IX, de 12 de Octubre de 1869, de la que hablamos latamente en un tratado especial.

etiam ex homicidio voluntario, non tamen ut post homicidium possint promovere ad episcopatum. Item etiam ad inhabilitatibus et irregularitatibus propter hæresim, modo fuerint penitus occultæ.

«4.º Posse dispensare cum homicidis et aliis, ut valeant profiteri in religione approbata, et fieri de inde sacerdotes.

«5.º Cum male promotis, ut omisso sordines possint clam suscipere, non servatis interstitiis et temporibus, non autem sacros una die.

«6.º Posse dispensare cum occultis simoniace ordinatis.

«7.º Posse convalidare titulos beneficiatorum cum occulta inhabilitate obtentorum.

«8.º Posse partem pretii simoniaci condonare ob delinquentis paupertatem.

«9.º Posse cum Gallis, Belgis, Polonis et ulterioribus remittere fructus male perceptos; componere vero cum Italis, Hispanis, etc., et pauperibus etiam remittere.

«10.º Posse remittere partem de male ablatis, vel retentis, si dominus sit incertus, casus occultus, et delinquens pauper, reliquum erogando in pauperes, vel pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa ablata sunt.

«11.º Posse absolvere qui munera acceperint a regularibus, modo non excedant decem scutos, vel etiam si excedant, facta prius restitutione, vel præstita obligatione satisfaciendi.

«12.º Cum puellis, quæ virgines non sunt posse dispensare, ut fruatur legato virginibus relicto in casibus tamen occultis, et in foro conscientiæ; vel cum virginibus, ut intrent monasterium mulierum pœnitentium.

«13.º Posse relaxare juramenta, quæ non sunt in favorem alterius.

«14.º Posse vota simplicia etiam castitatis dispensando commutare, aut implementum differre.

«15.º Dispensare commutando in